 326 30 288 -74-

Memoriale à Gregorio XV. delli Domenicani in materia di diffender la Santificatione contro la Concettione deffendendoci da li articoli Impostoli dalla parte contraria.

Fratres prædicatores S.^ta^ Sedis Apostolicæ obedientissimi super quatuor articulis, qui modo sunt in controuersia (quà decet reuerentià) exponunt humiliter quæ sequuntur.

Primus articulus est de imponendo silentio parti neganti præseruationem, etiam in priuatis colloquijs de quo asserunt primo id habendum esse, et prædicandum ab aduersarijs tanquam uirtualem diffinitionem, et Ideo fieri non debere, aut posse sine diligenti examine circa principalem controuersiam, ne fiat præiudicium ueritati, quam possibile est in illa sententia reperiri. Ne ut decretum prouisionale post habeatur, cum sæpius in huiusmodi falli contigerit. Ne qui illam partem cum Patribus tuentur putent in conscientia (Erronea probabili uel Recta) se ad obediendum non teneri, et obediendo faciant contra conscientiam, uel non obediendo Ecclesiæ scismant. Ne Sancti Patres quorum est illa pars minuatur authoritate, in fidei diminutionem, et uictoriam Hæreticorum. Ne scandalum quod uitare Intendunt, magis ac magis augeatur. Ne ponatur obex Spiritui S.^to^ ad docendam Ecclesiam S.^tam^ suam

Secundus articulus est de abolenda uoce sanctificationis in publico ritu. Asserunt non debere expungi, quia indifferens est Secura, Indubitata, canonica Ap.lica et in praxi Sanctorum Patrum et Conciliorum, etiam pro Beata Virgine, et quia ab antiquo in usu est de facultate et scientia Sedis Ap.licæ, et Seruari debet in gratiam antiquitatis et ueritatis, ut multæ aliæ differentiæ seruantur in Ecclesia, sine ueritatis præiudicio, præsertim cum sit magis proprium, et cautum, quam uocabulum Conceptionis quod uolunt aduersarij sustinere tamquam non indifferens. Secundum quod assertores alterius partis uti illo non poterunt sine mendacio, quod in sacrificio missæ summum esset sacrilegium.

3.^s^ articulus causæ principalis In quo se habere autumant scripturas manifestas secundum sensum maiorum et communem Ecclesiæ ~~Conceptum~~ consensum, et Sanctorum Patrum usque ad Scoti tempora. Quorum traditio noua opinione aboleri, aut irritari non potest, nisi aperiatur ostium multis erroribus, et heresibus, quibus resisti non poterit, hac sententia explosa.

Præterquamquod est Beatæ Virgini multo honorificentior, et eius sanctitatem, nedum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRA...

In Substantia, sed in modo maiorem in ~~inuentum~~ Inuentum predicant, ut Deo dante si facult[as]
data fuerit confirmabunt.

4.^s Articulus est de eo quod sibi Impositum sciunt defallatione Codicis Ingeo de diuin[a]
bonitate confidunt usq ad minimum Jota satisfacient, et tanto magis se lesos congr[ue]
runt. quanto ipsius datur uitio. quod opposita partis peccatum est (quicunq fuerit
Culpa) Cum apud ipsos reperiantur fabricatae Scripturae. Composita Euangelia, psal[mi]
Apocalipses*, diplomata pontificia temerata, et Sanctorum ac aliorum Authorum opuscu[la]
truncata, et deformata.

*hoc pro libro B. Amadei exclamant contra qui sine macula Virginem contradicunt.

Super his petunt humiliter audiri, quod naturalis Justitia nedum Christiana puritas nemini neg[at]
pro Dei gloria et puriori Beatae Virginis cultu S.^{ta} fidei, et S.^{ta} Dei Ecclesie emolume[n]
to ac non modico Merito et ~~Quam Deus~~